

Fābula dē Nūllō

In īnsulā Graecā habitat cyclōps nōmine Polyphēmus.
Cyclōps homō est cum ūnō oculō sōlō in mediā fronte.

Polyphēmus laetus est. Polyphēmus multās ovēs habet
quās amat. Ovēs Polyphemī quoque eum amant.

Ulixēs nauta est. Ulixēs Troiā Ithacam it. Ulixēs cum
paucīs virīs ad īnsulam Polyphēmī venit.

Polyphēmus videt Ulixem et interrogat, “Quis est?”

Ulixēs dīcit, “Sum vir Graecus. Dā mihi cibum.”

Polyphēmus: “Minime, stulte. Nōn tibi cibum do.” Et
Polyphēmus sūmit ipsōs virōs Ulixis et **ēst** eōs. Ita!
Polyphēmus virōs **ēst** ut pāstor **ēst** pānem et ovēs herbam
edunt. Cibus Polyphēmī est virī!

Ulixēs: “Mehercule!”

Polyphēmus rīdet, “Hahahae. Magnus sum et tū parvus es.
Nōn timeō aut hōminēs aut deōs. Quid nōmen est tibi?”

Ulixēs dīcit, “Nōmen mihi ‘Nēmō’ est.”

Polyphēmus salūtat eum, “Salve, Nēmō. Nunc dormiō.” Et
Polyphēmus dormit.


Ulixēs perterritus est, sed habet consilium.

Ulixēs baculum sūmit et id pōnit in oculō Polyphēmī.

homō, hominis, *m.* vir
aut femina

Cyclōps, Cyclōpis, *m.*

Polyphēmus, -ī, *m.*



frōns, frontis, *f.*

Ulixēs, Ulixis, *m.*



nauta, ae, *m.*



Mehercule

nēmō = nullus vir



perterritus = nimis timet



consilium, -ī, *n.*

Nunc oculus nōn in Polyphēmō sed ē Polyphēmō est.
Oculus in terrā est. Polyphēmus nōn etiam ūnum oculum
nunc habet!

Polyphēmus nōn dormit, sed plōrat, “Uhuhu!” et clāmat,
“Ēn! Nēmō pōnit baculum in oculō meō!”

In īnsulā sunt multī aliī Cyclopēs quī audiunt
Polyphēmum.

Dīcunt Cyclopēs, “Nēmō pōnit baculum in oculō tuō?
Bene. Optimē. Cūr plōrās?”

Cyclopēs nōn vident Polyphēmum neque ad eum veniunt.

Polyphēmus plōrat et Ulixēs rīdet.

Ulixēs ab īnsulā Polyphēmī abit et vocat, “Nōmen
meum nōn est ‘Nēmō!’ sed ‘Ulixēs,’ fīlius Lāertae,
quī Ithacae habitat! Valē, Cyclōps!”

Ulixēs exit ex īnsulā cyclōpis cum virīs suīs.

Lāertēs, Lāertae, *m.*

Ithaca. ae, *f.*, (nomen
parvae insulae
Graecae)